tem ei imponi, fide scripturæ approbata, in qua depositiones eorum referuntur, eas quasi factas accipere. † Si vero res permixtæ fuerint, & quidam ex his mortui, alii viventes: tunc in superstitum quidem testimoniis eandem electionem servari litigatori adversus quem testimonia proferuntur: in morientium autem personas depositiones eorum non esse respuendas: omni (secundum quod jam prædiximus) adversus eas & testes legitimo jure quod ei competit adversus quem proferuntur, integro reservato. Dat. 6. Kal. April. LAMPADIO & ORESTE CONSS. 530.

## TIT. XXI.

## DE FIDE [1] INSTRUMENTORUM, ET AMISSIONE [2] EORUM, [ET DE APOCHIS] ET [3] ANTAPOCHIS FACIENDIS, ET DE HIS, QUÆ [4] SINE SCRIPTURA FIERI POSSUNT.

*De amissione instrumentorum.*

1. Imp. ANTONINUS A. Septimiæ Martiæ.

DEbitores [5] tuos quibuscunque rationibus [6] debere tibi pecuniam si probaveris, ad solutionem compellet aditus præses provinciæ: Nec oberit tibi amissio [7] instrumentorum, si modo manifestis probationibus eos debitores esse apparuerit. PP. 5. Idus Septemb. ANTONINO A. IV. & BALBINO CONSS. 214.

*Si quis utatur instrumento, de quo alius accusatus falsi victus est.*

2. Imp. ALEXANDER A. Mabiliano.

SI uteris instrumento, de quo alius accusatus falsi [8] victus est, & paratus est (si ita visum fuerit) a quo pecuniam petis, ejusdem [9] criminis te reum facere, & discrimen [10] periculi [pœnæ] legis Corneliæ subire, non oberit sententia, a qua nec is contra quem data est, appellavit: nec tu, qui tunc crimini non eras subjectus, appellare [11] debuisti. PP. 3. Kal. Octobr. MAXIMO II. & ÆLIANO CONSS. 224.

*De eo, qui non usurum se instrumento contestatus est.*

3. Idem A. Æliano.

SI adversarius tuus apud acta præsidis provinciæ, cum fides instrumenti quod proferebat, in dubium revocaretur, non [12] usurum se contestatus est, vereri non debes, ne ex ea scriptura, quam non esse veram etiam professione ejus constitit, negotium denuo repetatur. PP. 3. Non. Decembr. MAXIMO II. & ÆLIANO CONSS. 224.

*De amissione instrumenti.*

4. Imp. GORDIANUS A. Martiano.

ILlatæ dispensatori [13] pecuniæ, si ob amissorum instrumentorum casum probatione defeceris, inspectio rationum [14] fiscalium [fidem] demonstrabit. Dat. 2. Id. Febr. GORDIANO A. & AVIOLA CONSS. 240.

*Qui allegat instrumentum casu perditum debet probare: & nisi probet casum, non patrocinatur ei allegatio casus.* Bald.

5. Idem A. Prisco & Marco militibus.

SIcut iniquum est, instrumentis vi [15] ignis consumptis, debitores quantitatum debitarum renuere solutionem: ita non [16] statim casum conquerentibus facile credendum est: intelligere itaque debetis, non existentibus instrumentis, vel aliis argumentis probare debere [fidem] precibus vestris adesse. PP. 3. Kal. Jun. SABINO II. & VENUSTO CONSS. 241.

*Licet sit perditum instrumentum manumissionis, potest tamen probari manumissio per testes.* Paul. de Castr.

6. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. Lucido.

STatum tuum, natali [17] professione [18] perdita, mutilatum non esse, certi juris est. Dat. 13. Kal. Febr. *Nicomediæ*, MAXIMO II. & AQUILINO CONSS. 286.

*Aliquem esse militia perfunctum, & per consequens habere privilegia veteranorum, amissis instrumentis, vel inde non confectis, potest probari per testes.*

7. Iidem AA. & CC. Zinimæ.

SI solennibus stipendiis honeste sacramento [19] solutus es, licet super hujusmodi re instrumenta [20] (ut dicis) facta perdita sint, tamen si aliis evidentibus probationibus veritas ostendi potest, veteranorum [21] privilegia etiam te usurpare posse, dubium non est. Dat. 15. Kal. Jun. MAXIMO II. & AQUILINO CONSS. 286.

*Licet dominus perdat instrumentum proprietatis, propter hoc nihil accrescit usufructuario.* Bald.

8. Iidem AA. & CC. Alexandro.

SI constiterit proprietatem possessionis, de qua agitur, apud vos esse; providebit Judex ex persona fructuarii [22] nullum præjudicium dominio vestro comparari, propter amissionem instrumentorum. Dat. 15. Kal. Mart. DIOCLET. III. & MAXIM. AA. CONSS. 287.

*De divisione.*

9. Iidem AA. & CC. Aristenæto.

INstrumentis etiam non [23] intervenientibus, semel divisio [24] recte facta, non habetur irrita.

*De venditione.*

10. Iidem AA. & CC. Victorino.

CUm instrumentis etiam non intervenientibus venditio [25] facta rata maneat: consequenter amissis etiam, quæ intercesserant, non tolli substantiam veritatis placuit. Dat. 8. Kal. Novemb. *Retinasii*, AA. CONSS. *

*De emancipatione.*

11. Iidem AA. & CC. Theagenæ.

EMancipatione facta, etsi [26] actorum tenor non existat, si tamen aliis indubiis probationibus, vel ex personis, vel ex instrumentorum incorrupta fide factam esse emancipationem probari possit: actorum interitu veritas convelli non solet. Dat. 3. Id. Novemb. AA. CONSS. *

*De inductione in vacuam possessionem donationis causa.*

12. Iidem AA. & CC. Dionysiæ.

NOn idcirco minus in vacuam [27] inductus prædii possessionem donationis causa, quod ejus facti prætermissum instrumentum adseveratur, hanc obtinere potes. Dat. Id. Decemb. *Nicomediæ*, AA. CONSS. *

*De testatione amissorum instrumentorum.*

13. Iidem AA. & CC. Leontio.

APud eos [28], qui rem gestam [29] ignoraverunt, amissorum instrumentorum habita testatio [30] nihil ad probationem veritatis prodesse potest. Dat. 16. Kal. Jan. *Nicomediæ*, AA. CONSS. *

*De contrariis scripturis.*

14. Iidem [31] AA. & CC. ad Severum Comitem Hispaniarum.

SCripturæ diversæ [32] fidem sibi invicem derogantes, [33] ab una eademque parte prolatæ, nihil [34] firmitatis habere poterunt. Dat. 4. [35] Kal. Maji, *Viminacii*, CC. CONSS. *

*Collatio instrumentorum & testium.*

15. Imp. CONSTANTINUS A. ad populum.

IN [36] exercendis litibus [37] eandem [38] vim obtinent [39] tam fides instrumentorum, quam depositiones testium. Dat. *Romæ*, 12. Kal. Aug. GALLICANO & BASSO CONSS. 317.

*De his qui scripturam suam inficiantur.*

16. [40].

SI [41] conventus [42] quis negaverit [43] manum propriam prolatam in libello [44] aut alia charta, si quidem ex comparatione is convincitur, hoc est, alia ejus prolata manu, & comparata cum ea quæ est in libello, det is pœnæ nomine actori pro mendacio solidos viginti quatuor. Si vero aut tabellio productus fuerit, apud quem instrumentum scriptum est, aut alii quidem testes pro veritate deponentes, tunc ipse præter pœnam viginti quatuor aureorum non possit habere licentiam objiciendæ exceptionis pecuniæ non numeratæ, ut dicat, quamvis instrumentum factum fuerit, ea tamen quæ in eo scripta sunt non fuisse data: sed omnimodo condemnetur, etiamsi nihil ipsi revera solutum est. §. 1. Hæc quidem obtineant, si conveniatur quis ex proprio contractu. Si vero tutor est, aut curator unius earum, quæ sub cura

1 Vid. *l.* 20. *J. h. t.* 2 Id est, de quibus in scripturam redigendis convenit, alias quilibet actus sine scriptura perfici potest: nec requiritur in ullo contractu infinuatio. dixt ad *l.* 17. §. *de pact.* nisi lex vel jus commune nominatim scripturam exigat, *cap. 3. de conjugis.* vel conventio contrahentium. *J. h. t. ibi* † *placuit, convenit.* 3 V Marant. *de ord. jud. A part. 9. distinct. n.* 97. Zalius *lib. 2. responf. c.* 24. Rimin. *Jup. de donat. in tabr. n.* 63. & 73. & *iisdem* §. 1. *n.* 67. Menoch. *de arbitr. jud. cas.* 157. Mod. 4 Vide *l.* 17. §. *de pact. l.* 5. §. *de transact.* 5 Ex contractu scripto non oritur jus, nisi scriptura in mundum sit recepta & subscripta &c. *l.* 1 §. *in fin. J. de contr. empt.* 6 Id est, χωρὶς καθαρῶν, *Nov.* 44. *c.* 2. id est, chartam puram. Hieronymus adversum Rufinum, Scholiis nondum emendatis, nondum ad purum digestis. 7 Quid si partes contrahentes scribendi sint ignaræ? quidam ex *Nov.* 73. *c.* 8. colligunt duos notarios exigi, qui pro imperito literarum subscribant. vid. Alciat. 6. & 8. *parerg.* sed unus sufficit. *Nov.* 44. *in pr.* 8 Res ita habet; solent tabellriones primum contractum referre extra ordinem in schedam, (scheda dicitur κατὰ τὸ σχίζειν a scindendo,) deinde eum redigunt in mundum. 9 Id est, convento. 10 Agentes ex empto præstari rem venditam petimus, aut eo deficiente id quod nostra interest. adde *l.* 11. §. 1. *C. ff. loq. ff. de act. empt.* 11 Lex trahitur ad actus præteritos, non tantum plene perfectos. 12 Transacta, judicata non retractantur. vide *l.* 229. *l.* 230. *ff. de verb. sign. l.* 1. *in fin. ff. ad SC. Turpill.* 13 Non impluto contractu culpa venditoris venditor restituit duplum: culpa emptoris, emptor arrhas amittit, idem in locatione, quæ συνιστῶσα est emptionis, lege *Rhodia cap.* 19. & in sponsalibus, in quibus sponsus venditoris locum obtinet, sponsa emptoris vicem tenente. *l. ult. J. de sponsalib. C. arrhis.* apud Thuriis aliter observatum; teste Theophrado *in lib. de legibus apud Stobæum*; apud quos venditor plebeiatur exactione tantæ pecuniæ, quanta rem venditat. Ergo dispar emptoris & venditoris conditio sive pœna? non est. Quia venditor de suo dat instrumentum, alterum vero non dat, sed reddit. Quæro amplius, An arrhæ imputentur venditori in pretii partem? Imputantur, si in nummis int, adeo ut qui eas accepit, ex non redditi duplum, quemadmodum & dolutione facta, dixi *ad l.* 11. §. 1. *ff. de loge commissi.* plura vide apud Cujacium 11. *obs.* 17. 14 *l.* 16. *infr. tit. prox.* 15 Examinatio testium absentium potest committi judici illius territorii, in quo teles degunt, id est, requirendus est vicinius judex, ut testes in his territorio degentes interroget. adde *l.* 7 *ff. testamenta quemadmodum.* fallit in causis criminalibus. *Auth. proximum.* 16 Hujusmodi depositiones Græci θεωρημάτια & κατασθέσεις vocant. 17 Testes juxtam prædiorum dari debent vide *Wesembecium* † *pract.* 18. *observat.* 19. & ad *Nov.* 73. *c.* 8. 20 Ut examinationem pars citanda. Hartmann. 2. *pract.* 18. *obs.* 6. 15 Judex cui examinatio committitur, non publicare, sed remittere allegationes clausas debet. 19 Vide Alexan. *ad l. hac consultissima. de fin. J. de testam. & l.* And. *ad ex eum consum. extr. de testament.* Mod. 20 Ut remittio examinationis, testium fieri non debeat. 21 Testis torqueri potest. *l.* 13. §. *de testib.* An id perpetuo verum est? non est verum in civilibus causis & in criminalibus, aliis certis tantum casibus, puta si vacillet. *l.* 15. *ff. de quæstionibus* ut negotio aut delicto interfuisse dicatur. *l.* 18. §. 3. *ff. de quæst.* Harum. 3. *pract. c.* 8. *obs.* 9. addit, si ipsorte dicunturad testimonium movetur. *Novell.* 90. *c.* 1. §. 1. non bene; nec enim dicitur aliud ibi, quam quod ignoti & corruptore veritatem testimonies torqueri possunt. Quidam dicit de urenario & similibus personis. *l.* 21. §. 2. *ff. de testibus.* 22 Adi Alciatum *lib.* 1. *prætermiss. col.* 1. Rip. *ad l. admoneri. n.* 91. *ff. de pignor.* Affitt. *decis.* 181. 23 Canonem? vel fic, utinas salve, Adto: neutrum tibi debetur; hunc enim fundum tiranno mihi polliceri, vel fic. Agitur de mutua petenda post triennium. Exceptio. Res ita est, fed eo tempore intervallo tu fundi canonem: ille usuras mutui persolvit. Solutione usurarum, vel pensionum præscriptio interrupta parum te, tuamque possessionem juvare potest. *l. penult. §. ultim. J. de præscript. extin. J. de actionib.* Replicatio, si ita est, doce pensionis & usurarum solutionem. Duplicatio, quid juris? Utriusque solutio per antapocham commode probari potest. vel hinc potes colligere, antapochas dominis & creditoribus necessarias. 24 Apocha, promentum solutionis censuale probans debitum in futurum. Molinæus *de usur. quæstion.* 20. *num.* 208. vel sic, est profectio pecuniæ solutæ, quæ dicitur creditori a debitore. Antapocha vicem fullinet exemplar apochæ subscriptæ extum creditori. Formula antapochæ potest ita concipi, Lucius Titius fatcor C. Seio ab illi die illa tot folvisse annui reditus nomine; quem ei debeo ob fundum vel possessionem illam, vel tot usurarum nomine ob creditum mihi pecuniam. vide Cujacium *loc.* 26 Apochum (quitantiam vocant) folutæ pecuniæ mihi fieri postulo, Actio. Non recusso ti tu vicillim antapocham mihi dederis, exceptio. Quid juris? justa est exceptio. 27 *l.* 6. §. *de legatis. l.* 5. *in fin. J. de servand. empt. l.* 25. *ff. de testibus.* l. 3. §. 5. *in fin. ff. de Carbon. edict.* 28 Ad comparationes illas decurritur, quoties accidit debitorem fyngraphum suum denegare. *Goth.* Competitio literarum in Apocha non admittitur. Decian. *resp.* 11. *vol.* 1. *num.* 128. Vide Facchin. *lib.* 11. *c.* 35. Ant. Aude Menoch. *de arbitr. jud. lib.* 1. *quæst.* 68. *n.* 5. *ff. cent.* 2. *cas.* 114. Grammat. *decis.* 35. *num.* 14. Bobr. *decis.* 282. S. I. 29 Quid in ea scriptura, quam quis in judicio justis judicis scripsit? Bartolus ait, non fieri ex eo comparationem: Hahlus ait fieri. Sed Bartolum defendit Zalius 2. *Responf.* 24. 30 Quando & quomodo procedat hic textus, vide Aret. *cons.* 64. *col.* 3. & *seq.* Goza. *cons.* 3. *num.* 16. Burtol. *ad l. admoneudi. n.* 30. *de pignor.* & ibi Jalon. *n.* 139. Rip. *n.* 132. Zalium *lib.* 2. *responf. c.* 25. Alexand. *consil.* 259. *n.* 2. Grammat. *decis.* 34. *n.* 15. Dec. *consil.* 219. *in fin.* Mod. 31 Actor postulat adversus reum. 32 Aliis fcil. ipsius debitoris in ὑποχρέωσιν. 1. Harm. 8. & 10. 33 Aliorum fcilicet. 34 Sic puto legendum: ut non prius literis eorum fides imponatur, quam ipsis hoc deponentibus &c. 35 Literas testium vocat chirographum ab eis subscriptum. 36 Sic lego, *quem ipsi hoc deponentibus &c.* 37 Quia, & subscriptisse id chirographum ex cujus comparatione arguitur chirographum controversum in debitorem conferetur. 38 Autor chirographi (cui plures testes interfuerunt) probari potest, vel per duos eorum tantum testes, quibus fullinent, Testimonii solemnitatem probari duobus testibus, licet in cui confectione septem requirantur: adde quæ dicam ad *l. ult. J. de B. P. secundum tab.* 39 Sic lego, *ex his, & quæ comparationem literarum procedente ex inopinato charta, testum probatione comparata, fiat &c.* 40 Ideoque mentis testibus non fit comparatio. 41 Utilem vero reo. 42 Id est, actor. 43 Puta antapocham. 44 Ex τῶν ὑποχρεωτικῶν. Harmenop. *de loco.* Forensia & publica instrumenta ὑποχρεωτικὰ dicuntur. *Novell.* 40. 52. *c.* 2. 73. *c.* 5. 117. *c.* 2. 142. *c.* 2. diversa ab ἀδιαφόρεσις, quorum fit mentio in *l.* 17. *J. qui pignor.* 45 Comparatio literarum seu scripturarum fieri debet juresjurando prius præstito. *Synopsf. Basf.* 22. *tit.* 1. *c.* 73. *in fin.* adde *Novell.* 49. *c.* 2. *in fin.* 46 Id est, actoribus imponitur. 47 Idque fieri debiderant: e postulant. 48 Jurare actuitor seu Judex comparandarum literarum deberet, se publicarum non luere, aut inimicitiæ, aut gratiæ cauta. 49 Fit etiam comparatio scripturæ judicialiter produtæ ab adversario. *ut lite.* 1. de desumpta ex archivo publico. *J. h. t.* 50 De archivo alias dixi. 51 Dicam ad *Nov.* 73. *c.* 8. & 9.





esse solent personarum, masculus aut fœmina secundum constitutiones tutelam gerens propriorum liberorum, & manum propriam prolatam in contractu eorum, qui sub tutela aut cura sunt, inficiatus fuerit, tunc si quidem ex sola comparatione [1] convincantur mentiri, prestent ipsi viginti quatuor aureos. Si vero ex productione tabellionis, aut testium; pecuniæ quidem non numeratæ exceptio ne adimatur his, qui sub tutela vel cura sunt (neque enim peccarunt illi) sed ipsi tutores aut curatores alios viginti quatuor aureos pœnæ nomine dent actori, habentibus his, qui sub tutela aut cura sunt, salvam sibi pecuniæ non numeratæ exceptionem. Neque enim æquum est ipsos ex alienis peccatis damno adfici. §. 2. Hæc de reis conventis ubi dixit constitutio, transitum fecit & ad agentium personam. Jubens ut si actor manum propriam inficietur positam in charta contra ipsum prolata, forte in ea quæ de suscepta dicitur confessione, & ipse similiter, liquidem ex sola comparatione convincatur, prastet viginti quatuor aureos: si vero ex productione tabellionis aut testium, tunc modis omnibus imputet, & agnoscat contenta in illa charta, etiamsi revera non sunt accepta ab ipso. Hæc si proprio nomine agat. Si vero tutor est aut curator, dat quidem duplam pœnam viginti quatuor aureorum. Is vero qui sub tutela aut cura est, possit objicere probationi exceptionem non numeratæ pecuniæ.

*Si contractum vel transactionem in scriptis fieri placuit. De arrhis.*

17. Imp. JUSTINIANUS A. Mennæ P. P.

COntractus venditionum vel permutationum, vel donationum, quas intimari [non] est necessarium [2], dationis etiam arrharum [3], vel alterius cujuscunque causæ, [quas tamen] in scriptis fieri placuit: transactionum [4] etiam, quas in instrumento recipi convenit, non [5] aliter vires habere sancimus, nisi instrumenta in mundum [6] recepta, subscriptionibusque partium [7] confirmata; & si per tabellionem conscribantur, etiam ab ipso completa, & postremo a partibus absoluta sint: ut nulli liceat prius quàm hæc ita præcesserint, vel a scheda [8] conscripta (licet literæ unius partis vel ambarum habeat) vel ab ipso mundo, quod necdum est impletum vel absolutum, aliquod jus sibi ex eodem contractu vel transactione vindicare: adeo ut nec illud in hujusmodi venditionibus liceat dicere, quod pretio statuto [9] necessitas venditori imponatur, vel contractum venditionis perficere, vel [10] id quod emptoris interest, ei persolvere. Quæ tam in postea conficiendis instrumentis, quam in his quæ jam scripta, nondum [11] autem absoluta sunt, locum habere præcipimus: nisi jam super his transactum sit [12], vel judicatum, quæ retractari non possunt, exceptis emptionalibus tantum instrumentis jam vel in scheda, vel in mundo conscriptis, ad quæ præsentem sanctionem non extendimus, sed prisca jura in his tenere concedimus. Illud etiam adjicientes, ut in posterum si quæ arrhæ super faciendæ emptione cujuscunque rei datæ sunt, sive in scriptis, sive sine scriptis: licet non sit specialiter adjectum quid super iisdem arrhis non procedente contractu fieri oporteat, tamen & qui vendere pollicitus est, venditionem recusans in duplum [13] eas reddere cogatur, & qui emere pactus est, ab emptione recedens, datis a se arrhis cadat, repetitione earum deneganda. Dat. Kalend. Junii, Domino nostro JUSTINIANO A. II. CONS. 528.

*De testium vel instrumentorum receptione committenda judici alterius territorii.*

18. Idem A. Mennæ P. P.

JUdices, sive in hac inclyta urbe, sive in provinciis, [fecundum] ea quæ diipofuimus [14], ut possint si hoc perspexerint, occasione testium in alis [15] locis degentium litigantes vel procuratores eorum ibi destinare ad depositionibus [16] sub utriusque [17] partis præsentia factis, res ad eos referatur [18]: etiam in illis servare volumus, qui prolatis instrumentis fidem adhibere exiguntur: ut si poposcerint, in aliis locis id eis facere permittatur: & hoc si juste peti judex invenerit, similis proferatur sententia: ut postquam in locis opportunis fides instrumento data vel minus data fuerit, referatur negotium ad priorem judicem. Dat. 8. Id. Aprilis, DECIO V. C. CONS. 529.

In AUTHENT. de testibus. §. & quoniam. verf. hæc omnia, collat. 7. tit. 2. Novell. 90. cap. 5.

*APud eloquentissimum aliquem judicem vel defensorem civitatis, sive a provincia in provinciam* [19], *vel ab urbe in urbem, sive ab urbe in provinciam hæc petantur: sed hoc in civilibus tantummodo causis: nam in criminalibus testes apud* [20] *judices repræsentandi sunt, & cum rei exegerit, tormentis* [21] *subjicendi.*

*De apochis & antapochis.*

19. Idem A. Demostheni P. P.

PLures apochis, vel redituum, vel usurarum perceptis, si quando super his fuerit dubitatio exorta: eas habere [fe] negando, jus agentium faciunt vacillare [22], cum coloni adversus dominum certantes, & sibi iniquam forte libertatem [23] vindicantes, vel debitores creditoribus suis temporalem præscriptionem opponere cupientes, ad easdem inficiationes perveniunt. Quod refecantes, jubemus, ut in præfatis casibus, vel aliis privatis similibus si voluerit is, qui apocham [24] conscripsit, vel exemplar, cum subscriptione ejus, qui apocham suscepit, ab eo accipere, [vel antapocham [25] suscipere] omnis ei licentia hoc facere concedatur, necessitate [26] imponenda apochæ suscepto ri antapocham reddere: ita tamen, ut si hoc is, qui apocham conscripserit, facere neglexerit, vel non curaverit: nullum ei præjudicium ex eo quod antapocham non recepit, generetur, cum hoc quod pro quibusdam introductum [27] est, inferre eis jacturam minime rationi conveniat æquitatis. Dat. 12. Kalend. Octobr. *Chalcedone*, DECIO V. C. CONS. 529.

*De comparatione literarum.*

20. Idem A. Juliano P. P.

COmparationes [28] literarum ex chirographis fieri, & aliis instrumentis quæ [29] non sunt publice confecta [30], satis abundeque occasionem criminis falsitatis dare, & in judiciis, & in contractibus manifestum est. Ideoque sancimus, non licere [31] comparationes literarum ex chirographis [32] fieri, nisi trium [33] testium habuerint subscriptiones, ut prius [34] literis [35] eorum fides imponatur [36], vel [ex] ipsis hoc [37] deponentibus, sive conctis, sive omnimodo duobus [38] ex his [39] sine comparatione literarum testium procedente: & tunc ex hujusmodi chartula jam probata comparatio fiat, aliter [40] etenim fieri comparationem nullo concedimus modo, licet in semetipsum [41] aliquis [42] chartam [43] conscriptam proferat: sed tantummodo ex forensibus [44], vel publicis instrumentis, vel hujusmodi chirographis quæ enumeravimus, comparationem trutinandam. Omnes [autem] comparationes non aliter fieri concedimus, nisi [45] juramento antea præstito ab his [46] qui comparationem faciunt [47], fuerit affirmatum, *Quod neque lucri* [48] *causa, neque inimicitiis, neque gratia tenti, hujusmodi faciunt comparationem*: & hoc observari tam in omnibus sacris nostris scriniis, quam in apparitione omnis Sublimissimæ Præfecturæ, necnon Magisteriæ potestatis, cæterisque omnibus Judiciis quæ in orbe nostro constituta sunt, his omnibus in posterum observandis. Comparationes enim jam antea factas retractari, extra periculum minime est. Dat. 14. Kal. April. LAMPADIO & ORESTE CONSS. 530.

In AUTHENT. de his qui ingrediuntur ad appell. §. illud etiam judicavimus. coll. 5. tit. 4. al. 11. Novell. 49. cap. 2.

*ADhæc, ex his literis quibus adversarius tuus utitur* [49], *& profert: recte petis examinationem fieri. Item & charta quæ prosertur ex archivo* [50] *publico, testimonium publicum habet.*

In AUTHENT. de testimoniis. cautela & fide. §. oportet vero. §. seq. coll. 6. tit. 3. al. 2. Novell. 73. cap. 8. & 9.

*AT si contractus fiat in civitate* [51], *& unam liberam auri excesserit: omnimodo collationi adsit argumentum quodlibet, nec credatur ei soli.*

*De instrumento iterum producendo.*

21. Idem A. Juliano P. P.

CUm quidam [1] instrumentum protulerit, vel aliam chartulam, eique fidem impsuerit [2], postea autem persona [3] contra quam ista chartula vel instrumentum profatum est, quasi falsum hoc constitutum redarguere nitatur; ne diutius dubitetur, utrum necessitatem ei qui protulit, imponi oporteat repetita vice hoc proferre, an sufficiat fides jam approbata: fancimus, si quid tale eveniat, eum [4] qui petit iterum eam chartam proferri, prius sacramentum [5] præstare, *Quod existimans se posse falsum redarguere quod prolatum est, ad hujusmodi veniat petitionem.* Quid enim, si [6] cum nosset deperditam esse chartam, vel forte concrematam, vel alio modo diminutam, hanc requiri adsimulans, & ad difficultatem productionis respiciens, hujusmodi faciat petitionem? † Et postquam hoc ab actore vel petitore fuerit juratum & inscriptionum pagina apud competentem judicem deposita [7]: tunc necessitatem [8] imponi ei qui protulit chartam de qua quæritur, iterum eam apud judicem criminis [9] proferre, quatenus possit apud eum crimen falsitatis ventilari. *Sin autem dicat, non esse sibi possibile eam ostendere, quia per fortuitos casus hujus copia ei abrepta sit:* tunc [10] subeat sacramentum, *Quod nec habeat eandem chartulam, nec alii eam dederit, nec apud alium voluntate ejus constituta sit, nec dolo malo fecerit quominus appareat [ea], sed re [vera] ipsa chartula sine omni dolo sit deperdita, & productio ejus sibi impossibilis sit*, & si tale subeat sacramentum ab hujusmodi necessitate relaxetur. † Quod si prædictum jusjurandum subire minime maluerit [11]: tunc quasi falsa chartula nullas habeat vires adversus eum contra quem prolata est, sed sit penitus evacuata. Neque enim ulterius pœnam produci contra eos qui non juraverint, volumus: cum forsitan quidam subtili [12] reverentia tenti, nec verum sacramentum præstare patiuntur. † Eandem autem copiam ei præstamus, donec [13] causa apud judicem ventilatur. Si enim jam plenissimum finem accepit, & neque per appellationem [14] suspensa est, neque per solitam retractationem [15] adhuc lis vivere speratur: tunc satis durum est hujusmodi querelæ indulgeri, ne in infinitum [16] causæ retractentur, & sopita jam negotia per hujusmodi viam iterum aperiantur, & contrarium aliquid nostro eveniat proposito. Dat. 5. Kal. Mart. LAMPADIO & ORESTE VV. CC. CONSS. 530.

*De edendo.*

22. Imp. [17] JUSTINIANUS. *

SI [18] postuletur ab aliquo in judicio, ut instrumentum non [19] adversus seipsum, sed alium quendam producat, quod alteri prosit, idque producere recuset, ut qui damnum inde metuat; verum is qui exhiberi chartam petit, nequaquam eum lædendum dicat, sed pecuniam ipsum ab illis accepisse, qui per instrumentum exhibendum coarguendi sunt: vult constitutio, ut is qui habet instrumentum, idipsum proferat, siquidem ex illius prolatione nihil ipse damni sensurus sit. Sin reapse detrimentum ei prolatum instrumentum adferat, nequaquam eum cogi ad proferendum debere: cum ei magis expediet id occultare, quam publicare. Quod si affirmat is, cui opus est instrumento, nihil ei fraudis ex eo futurum; duntaxat jusjurandum præstet, *Quod existimando se fidei suæ detrimentum pati propter instrumenti exhibitionem, eam ipsam ob causam proferre chartam recuset:* Et quoniam sibi damno id fore putat, curiosius sacramentum præstet atque dicat, *Se non quia pecuniam acceperit, vel quid aliud non proferendæ chartæ causa, vel quod muneris promissionem habeat, nec metu illius, contra quem instrumentum requiratur, nec ejusdem amore, chartæ exhibitionem recusare, sed quia magnum ex eo circa facultates suas detrimentum capiet.* Nam quemadmodum is, qui quadam in causa verum scire putatur, invitus [20] quoque testimonium dicere cogitur, neque [21] pecuniam promissam habet ob non perhibendum testimonium, neque si [22] adversus amicos testimonium dicturus venit, recusare testimonium potest: ita nec is recusare potest, à quo instrumenti exhibitio desideratur, vel propterea quod aliquid accepérit, aut accepturum se speret, vel ob amicitiam cum illo, cui damno futurum est instrumentum. † Sed si is quis juret *se instrumentum, quod desideratur, non habere*; prorsus id proferre, quod non habet, haud [23] cogitur: sin ejusmodi sacramentum præstare non sustinet, omnino cogitur desideratum instrumentum exhibere: Quod si semet occultaverit, quasi qui nec jurare, nec instrumentum edere velit: omne damnum, quod hinc emerget, ei, cui opus est instrumento, de suo compenset: lisdem obtinentibus etiam in argentariorum aliorumque brevibus. † Ceterum illi codices, vel instrumenta proferre cogantur, qui [24] & testimonium dicere adversus aliquem coguntur. Nam in quas personas invitus quis testimonium non dicit, adversus easdem nec codices, vel instrumenta, vel quid aliud tale proferre cogitur. Notissimi sunt autem ex legibus, qui [25] adversus aliquos inviti testimonium dicere non coguntur, sicut & ii, contra quos aliqui testimonium perhibere non coguntur. † Nec ulli licet aliter cogere ut exhibeantur instrumenta, nisi eodem [26] in judicio, in quo causa agitur. † Idque sumptibus [27] ejus, qui codicis, aut instrumentorum exhibitionem fieri desiderat. † Oportet autem semel duntaxat eorum ostensionem fieri: ac si prolato semel instrumento, desideret is, cui opus est, exhiberi denuo, siquidem rationi consentaneum visum fuerit judici, ut iterum quoque charta proferatur, ille vero qui eam jam protulit, secundam exhibitionem recuset [28], quod se dicat *chartam perdidisse, vel alioqui non habere facultatem ejus exhibendi:* juramento tantum fidem facito, nec amplius ad proferendum cogitor: lisdem obtinentibus non in urbe duntaxat imperatrice, verumetiam in universa republica.

TIT. XXII.

PLUS VALERE, QUOD AGITUR, QUAM QUOD SIMULATE [29] CONCIPITUR [30].

1. Impp. VALERIANUS & GALLIENUS AA. Ruffino.

IN contractibus rei [31] veritas [32] potius, quam scriptura [33] perspici debet.

*Cum objicitur simulatio, debet inquiri veritas facti.* Bald.

2. Impp. DIOCLET. & MAXIMIANUS AA. & CC. Soteriæ.

ACta simulata, velut non ipse, sed [34] ejus uxor comparaverit, veritatis substantiam mutare non possunt. Quæstio itaque facti [35] per judicem, [vel] Præsidem provinciæ examinabitur. Dat. 10. Kal. Maji, CC. CONSS. 293.

3. Iidem AA. & CC. Maximæ.

EMptione pignoris [36] causa facta, non quod scriptum, sed quod gestum est, inspicitur [37]. Dat. Kal. Maji, *Sirmii*, CC. CONSS. 293.

4. Iidem AA. & CC. Decio.

SI quis gestum à se, alium [38] egisse scribi fecerit, plus actum, quam scriptum valet. Dat. 8. Kal. Decemb. CC. CONSS. 293.

5. Iidem AA. & CC. Victori.

SI falsum instrumentum emptionis conscriptum tibi velut [39] locationis, quam fieri mandaveras, subscribere non relegentem, sed fidem habentem, fuasit: neutrum contractum (in utroque alterutrius consensu deficiente) constitisse proculdubio est. Dat. 13. Kal. Januar. CC. CONSS. 294.

TIT. XXIII.

DE COMMODATO [40].

*De vi majore & casu fortuito.*

1. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. Sciolæ.

EA quidem, quæ vi [41] majore auferuntur, detrimento eorum, quibus res commodantur, imputari non solent. Sed cum is, qui a te commodari sibi bovem postulabat, hostilis incursionis contemplatione periculum amissionis, ac fortunam futuri damni in [42] se suscepisse [43] proponatur: Præses provinciæ, si probaveris eum indemnitatem tibi promisisse, placitum conventionis implere eum compellet. Dat. 6. Kal. Jun. ipsis AA. CONSS. 287.

*De ancilla.*

2. Iidem AA. Aulizano.

CUm eum, qui temporalis [44] ministerii causa suscepit ancillam, ad restitutionem [45] ejus bona [46] fides urgeat: consequens est, ut emptionis pretextu creditor fructus rei lucretur, ut ille putat. Et enim hic concurrit [47] ὁ ἀνάλογον & quidem licitus. l. 11. §. 1. *ff. de pign. & hypothec.* Ne dicas cum Bartolo, non præfumi veram venditionem, cui et appositum pactum de retrovendendo. Id enim expressim nec illicitam formam continet, cui fiti oportet. Ne dicas cum Accurtio, id pertinere ad legem commissoriam pignoris, *ex l. 1. 2. 3. J. de pact. pign.* quia nondum lex ea fuerat. Exemplum tituli emptionis, pete ex *l. 5. in fin. l. 6. ff. de distract. pign.* adde Cujac. 16. *obs.* 26. vid. tamen *l. 3. l. 9. in fin. J. de contr. emp.* Pignoris autem causa emptio fit, quoties re ipsa pignus accipimus: similate enim: fic in *d. l. 3. & d. l. 9.* donationis causa fit venditio cum re ipsa donatur, simulate vero res venditui. fic in *l. 23. J. mand.* aut re ipsa venditur, pro parte vero donatis simulate fit. 37 Hoc quatenus verum sit, docebit te Decius *cons.* 167. Doct. *ad l. nemo testi. de leg.* I. Jul. *n.* 44. Rip. *n.* 65. *cum seq.* Paul. Castr. *ad l. si quis pro eo. col.* 6. *de fideiuss.* iterum Jason *ad §. fuerat. n.* 86. *Inst. de action. & ad l. non dubium. §. de legatis.* Cœpol. *in tract. de simulat. contr. præf.* 7. & 26. Hippol. *sing.* 474. Parisien. *cons.* 86. *in fin. lib.* 3. & *cons.* 111. *lib.* 4. *n.* 12. Gozad. *cons.* 69. *n.* 11. & *cons.* 28. *n.* 6. & 14. Afflict. *decis.* 60. Socinus Jun. *cons.* 60. *lib.* 1. Grammat. *decis.* 35. & 89. Rurin. *cons.* 114. *lib.* 4. Tiraquell. *de Retract. tit.* 1. *gloss.* 2. §. 1. *n.* 12. Cott. *in memorabil. in verb. Contractus simulatio.* Bartol. *cons.* 65. Rot. Rom. *decis.* 484. Ægid. *decis.* 716. *in tit. de dot. nat.* Gagnol. *ad l. imaginaria venditio. de reg. jur.* turium Afflict. *decis.* 381. *n.* 8. Guid. Pape *q.* 414. Corn. *cons.* 112. *l.* 4. Abb. *ad c. cum contingat. col.* 2. *de jurejur.* Mod. 38 Simulatio ab una persona ad aliam non valet. Eo casu solent inspici personæ quæ re ipsa contrahunt, & quibus prodeft contractus, non ea, cujus nomen simulationis causa commodatur. 39 Sit hæc hypothesis, Procurator cum tuo mandato domum locare poffet, vendidit. Instrumento venditionis (cum putares locationis esse instrumentum) ignarus fraudis, subscripsisti. Quid juris? negatur actus subsistere. Non est venditio, qua locare voluisti: non est locatio, quia accipiens emere voluit. Et sic erronea subscriptio vitiat actum, nec obligat scribentem, & actus ab ipso subscribente interdum fulsi potest argui.

1 Puta actor. 2 Id est, idque verum esse, neque confidum in judicio semel probaverit. *Gothi.* v. Molinæus *ad consuetud. Parisien. tit.* 1. §. 5. *glossf.* 1. *n.* 45. Socin. *cons.* 330. Mod. 3 Id est, reus. 4 In omni instrumento primum ab eo, qui protulerit, *ut hic*, deinde vero ab eo, qui falsum arguit, probationes exigimus. *cerfic. & postquam.* J. i. Harmen. §. §. 4. 5 Vide *l.* 1. §. *de jurejur. propter calum.* 6 Reus scilicet. 7 Depositum, id est, juratum. 8 Si quis pro se instrumentum in judicio produxerit, & exemplar apud acta reliquerit, licet illud exemplar fidem faciat: si tamen pars altera velit Authenticum falli accusare, pars que semel Authenticum produxerit, tenetur Authenticum iterum proferre. vel sic: Quando quis produxit instrumentum solenniter publicatum, ad exhibendum authenticum non cogitur, nisi petitor id ex inspectione velit falli redarguere. vide Rolandum a Valle *t. cons.* 44. *num.* 3. 9 Apud quem de falli crimine agitur. 10 Vide quæ notavi ad *l.* 6. §. 4. *J. de iti qui ad Eccles.* 11 Pœna nolentis jurare. 12 Id est, mctu divini numinis ad superstitionem usque. *l.* 8. *in pr. ff. de condit. instit.* Sunt his alii contrarii qui contemptu religionis juranti facile. *dict. l.* 8. 13 Hanc restrictionem diligenter observa. 14 Appellatio suspendit sententiam. 15 De qua *l. ult. J. de temp. & repar. appell.* 16 Litium infinitas vitanda. *l.* 13. §. *de judic.* 17 Hanc legem Cujacius restituit 10. *observ.* 8. Ejus etiam meminit Justinianus *edicto nono & Synopf. Basil.* 18. *ex lib.* 22. *tit.* 1. *c.* 7. 18 Interpretatio Leunclavii. 19 Adde *l.* 7. *supr. de testib.* 20 Vid. *quæ notavi ad l.* 156. *ff. de reg. jur.* 21 Testimonium etiam invitus dicit is, qui pecunia corruptus fuit, ne testimonium diceret. 22 Testimonium etiam adversus amicum inviti dicere cogimur. 23 *l.* 21. *supr. h. t.* 24 In quem testimonium dicere possimus, in eum possimus codicem proferre. 25 *l.* 4. 5. 19. *ff. de testibus.* 26 *d. l. pen. in fin.* §. *h. t.* 27 Sumptibus petitoris editur instrumentum, *ut hic*, & testimonium dicitur. *l.* 11. *in fin. l.* 16. *in fin.* §. *de testib.* 28 *d. l. pen. in pr.*

29 De exceptione simulationis vid. Oldendorp. *c.* 60. *de except.* Papon. 3. *Notar.* 9. *c. de simulation.* Non valent illæ simulationes, cum donatio fit sub prætextu venditionis. *l.* 9. *J. de contr. empt.* pignus sub colore emptionis. *l.* 3. *J. l. c.* dotis datio sub conventione depositi, *l.* 27. *ff. depositi.* venditio sub specie investituræ. *tit. de prohibit. feudor. alienat.* §. *calliste.* illicita pactio sub specie mutui. *l.* 3. *supr. de pecul.* adde quæ alibi scripsi de simulatione ad *l.* 5. §. *de legib.* 21. §. *de transact. l.* 7. *J. de contrah. stipul.* adde *l.* 54. *ff. de obl. & action.* 30 In instrumento scil. 31 Η τῶν πραγμάτων ἀλήθεια, rerum veritas. *Synopf. Basil.* 22. *tit.* 1. *c.* 79. & 7. Harm. §. 5. 2. 32 Res gesta. *l.* 6. *J. si quis alteri vel sibi.* veritatis substantia. *l.* 2. *J. h. t. l.* 17. *in fin. J. ad SC. Velleian.* veritas rerum. *l.* 6. §. 1. *ff. de officio præsid.* fides facti, intercedente veritate. *l.* 54. *ff. de obelig.* 33 In qua potest esse error. *l.* 92. *ff. de reg. jur.* Goth. Confer. *l.* 14. *ff. de monumff. testam.* 34 Simulato ab una persona ad aliam non valet. Prohibitus quid facere per uxorem, id etiam ipse facere non potest. *l.* 6. *J. si quis alteri vel sibi* nec enim uxoris nomine abuti oportet. *l.* 11. *in fin. supr. de hit.* *quæ vi metuve. de contract. judic. l.* 46. *ff. de contrah. empt. l.* 9. §. 3. 4 *ff. de auct. tut.* 35 Ex facto jus oritur. *l.* 52. §. 1. *ff. ad l. aquil.* 36 Simulato ab uno contractu ad alium



socerum tuum hujus rei causa tradidisse ancillam, adito Præside provinciæ, probare: ut fidem [1] susceptam is, adversus quem supplicas, compellatur agnoscere. Dat. Prid. Non. Novembr. ipsis AA. CONSS. 287.

*De rebus datis ad pignorandum.*

3. Iidem AA. Soteriæ.

DE restituendis rebus, quas [marito] obligandas [2] pro se dederas, postquam debitum fuerit extenuatum, commodati actionem etiam adversus heredes ejus exercere potes. Dat. 3. Idib. April. *Sirmii*, ipsis & CONSS. 287.

*De compensatione.*

4. Iidem AA. & CC. Faustinæ.

PRætextu [3] debiti [4] restitutio commodati [5] non probabiliter recusatur. Dat. 12. Kal. Decemb. ipsis AA. CONSS. 293.

TIT. XXIV.

DE PIGNERATITIA [6] ACTIONE.

*De fructibus pignoris.*

1. Impp. [7] SEVERUS & ANTONINUS AA. ad Metrodorum.

EX [8] pignore percepti fructus imputantur [9] in debitum: qui si sufficiunt ad totum debitum, solvitur actio, & redditur pignus. Si debitum excedunt, qui superfuerunt, redduntur [10], videlicet mota actione pigneratitia. PP. Idib. Octobr. APRO & MAXIMO CONSS. 208.

*De operis ancillæ, & de pensionibus domus.*

2. Imp. ALEXAND. A. Demetrio.

QUod ex operis [11] ancillæ, vel ex pensionibus domus, quam pignori detineri dicis, perceptum est: debiti quantitatem relevabit [12]. Dat. Kalend. Octob. ANTONINO IV. & ALEXAND. CONSS. 223.

3. Idem A. Victorino.

CReditor [13], qui prædium pignori nexum detinuit, fructus [14], quos percepit, vel percipere [15] debuit, in rationem exonerandi debiti computare necesse habet: & si agrum deteriorem [16] constituit, eo quoque nomine pigneratitia actione obligatur. PP. 6. Idib. Decemb. ANTONINO IV. & ALEXANDRO CONSS. 223.

*Pactum de venditione Pignoris.*

4. Idem A. Hermeo & Maximillæ.

PACtum vulgare [17], quod proposuistis, *Ut, si intra certum tempus pecunia soluta non fuisset, prædia pignori vel hypothecæ data vendere liceret:* non adimit debitori adversus creditorem pigneratitiam actionem [18]. PP. 12. Kalend. Maji, MAXIMO II. & ÆLIANO CONSS. 224.

*De casu fortuito, de culpa, de probatione.*

5. Idem A. Dioscoridæ.

SI [19] creditor sine [20] vitio suo argentum pignori datum perdiderit, restituere id non cogitur: sed si culpæ reus deprehenditur, vel non probat manifestis rationibus se perdidisse: quanti debitoris interest, condemnari debet. PP. 13. Kalend. Maji, JULIANO II. & CRISPINO CONSS. 225.

*De casu fortuito.*

6. Idem A. Trophimæ.

QUæ [21] fortuitis [22] casibus accidunt, cum prævideri non potuerint, (in quibus etiam aggressura [23] latronum est) nullo [24] bonæ fidei judicio præstantur: & ideo creditor pignora, quæ hujusmodi casu interierint, præstare non compellitur: nec [25] a petitione debiti [26] submovetur: nisi [27] inter contrahentes placuerit, *Ut amisso pignorum liberet debitorem.* PP. Idib. April. FUSCO & DEXTRO CONSS. 226.

*De deterioratione & sumptibus.*

7. Imp. GORDIAN. A. Juliano.

CReditor [28], qui fundos & domos pignori, vel hypothecæ accepit, damnum [29] in decidendis arboribus domibusque destruendis ab eo datum, in rationem debiti deducere cogitur. Et si dolo vel culpa rem suppositam [30] deteriorem fecerit: eo quoque nomine pigneratitia actione tenebitur, ut talem [31] restituat, qualis fuerat tempore obligationis: Creditor autem necessarios [32] sumptus, quos circa res pigneratitias fecit, exigere non prohibetur. PP. 13. Kal. Aug. GORDIANO A. II. & POMPEIANO CONSS. 242.

*De amissione pignoris vera, vel simulata.*

8. Impp. PHILIPPUS A. & PHILIPPUS C. Saturnino.

SI nulla [33] culpa seu segnitia creditori imputari potest: pignorum amissorum dispendium ad periculum ejus minime pertinet. † Sane si simulata [34] amissione etiamnum eadem pignora (ut adseveras) a parte diversa possidentur: adversus eum experiri potes. PP. 8. Kalend. Mart. PRÆSENTE & ALBINO CONSS. 247.

*De dominio, & periculo pignoris.*

9. Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. & CC. Georgio.

PIgnus in [35] bonis debitoris permanere, ideoque ipsi [36] perire in dubium non venit. Cum igitur adseveras in horreis [37] pignora deposita, consequens est, secundum jus perpetuum [38] pignoribus debitori pereuntibus (si tamen in horreis, quibus & alii solebant [39] publice uti, res depositæ sint) personalem actionem debiti repositendi causa integram te habere. PP. 6. Non. Maji, *Mediolani*, AA. CONSS. 293.

*De longi temporis præscriptione. De probatione & lutitione pignoris.*

10. Iidem AA. & CC. Apollodoræ.

NEc creditores, nec qui his successerunt [40], adversus debitores pignori quondam res nexas petentes, reddita [41] jure debiti quantitate, vel his non accipientibus, oblata [42] & consignata & deposita: longi temporis præscriptione muniri possunt: Unde intelligis, quod, si originem rei probare potes, adversario tenente vindicare dominium debes. Ut autem creditor pignoris defensione [43] se tueri possit, extorquetur ei necessitas probandi debiti: vel si tu teneas, per vindicationem [44] pignoris, hoc idem inducitur: & tibi non erit difficilis, vel solutione, vel oblatione atque solemni depositione pignoris liberatio. Dat. Non. Maji, ipsis CC. & CONSS. 294.

*De pigneratitia competente soluto debito.*

11. Iidem AA. & CC. Ammiano.

PIgnoris causa res obligatas, soluto [45] debito restitui debere, pigneratitiæ actionis natura declarat: Quo jure, si titulo pignoris obligasti mancipia, per eandem actionem uti potes: nec creditor citra [46] conventionem, vel Præsidalem jussionem debiti causa, res debitoris arbitrio suo auferre potest. Dat. 5. Kal. Jan. *Sirmii*, ipsis CC. & CONSS. 294.

*De longi temporis præscriptione.*

12. Iidem AA. & CC. Herifco.

QUo minus fructum [47], quos creditor ex rebus obligatis accepit, habita ratione, ac residuo debito soluto, vel si per creditorem factum fuerit, quo minus solveretur, [oblato [48], & consignato, & deposito,] pignora quæ in eadem causa durant, restituat debitori: nullo spatio longi temporis defenditur. Dat. 12. Kal. Decemb. CC. CONSS. 294.

TIT. XXV.

DE INSTITORIA [49] ET EXERCITORIA [50] ACTIONE.

*De mutuo.*

1. Imp. ANTONINUS A. Hermeri.

SERvus [51] tuus pecuniam mutuam accipiendo, ita demum te institoria actione obligavit, si cum eum officio alicui, vel negotiationi exercendæ præponeres, etiam ut id faceret [52], ei permissum a te probetur. Quod si hæc actio locum non habeat: si quid in rem tuam versum [53] probabitur, actione in eam rem proposita, cogeris exolvere. PP. 8. Kal. Septembr. DUOB. ASPRIS CONSS. 213.

1 Fidem susceptam cogimur agnoscere. 2 *l.* 5. §. 12. *ff. h. t.* 3 *l.* 18. *in fin. ff. eo t.* Quid si expensæ in rem commodatum factæ sint? *l.* 18. §. 2. *ff. h. t.* retentio. 4 Quis ei potest. adde *l.* 18. *in fin. ff. h. t. l.* 20. *in fin. ff. de adq. vel amitt. possess. l.* 13. *in fin. ff. de furto.* Goth. Vid. Johann. Zanger. *de Exceptionib. part.* 3. *c.* 8. *n.* 120. Anf. 5 Non liquidi scil. aloquin pugnat cum *l. in rebus.* 6. *ult. ff. hoc tit. & l. ultim. in princ. J. de compensat.* Vide Cujac. *in notis ad recept. sentent. Julii Pauli lib.* 2. *c.* 12. *& observat. lib.* 9. *c.* 37. Forner. *lib.* 2. *select. cap.* 14. Mercer. *lib.* 1. *opinion. c.* 14. Gilbert. Regium *lib.* 1. Ἐκκλησιαστικῶν. *cap.* 8. Mod. 6 Commendati. Cujac. *apud* Paul. 2. *sentent.* 12. §. *ult.* reprehensus a Fornerio 2. *select.* 14. a fespso defensus 9. *obs.* 37.

6 §. *ult. Inst. quib. mod. re* & 13. *D.* 7. & 3. Harmen. §. Hic titulus tantum differt a titulo *de pignorib. & hypoth.* J. quantum rei traditio a conventione rei traditæ. §. *item Servianæ.* 7. *Inst. de act.* dixi ad tit. *ff. de pignorib. & hypoth.* De actione pignerititia directa, vid. Oldendorp. *Classf.* 3. *act.* 12. contraria *act.* 13. 7 Hanc legem Cujacius restituit 11. *obs.* 31. 8 Interpretatio Latina. 9 Pignoris fructus in debitum funis fuisset delata, non perfiffet: tenetur itaque creditor, *arg. l.* 28. *in fin. ff. de admin. & peric. tut. l.* 34. *in fin. ff. de damn. infect.* Solve, Qui facit quod fieri confuetum est, non peccat. Exemplum & confuetudo in non delictis excusat. 10 Pignoratitia durat in heredem. *l.* 19. *ff. de petit. hered.* Paul. 2. *sent.* 13. §. 6. 11 Vid. *l.* 3. *J. de luit. pignor.* 12 Nota horum trium ordinem, oblationis, consignationis, & depositionis. vide *l. ult. J. l. eit. ff. h. t.* adde *l.* 19. *J. de usur.* 1. 20. *J. de pignor. & hypoth.* l. 3. *J. de luit. pign.* l. 9. *J. de solution.* l. 6. §. 1. *ff. de pign. act.* l. 11. *in fin. ff. qui potior.* l. 28. *in fin. ff. de admin. & peric. tutor.* 13 Puta retentione. 14 Creditor vindicat pignus actione quasi Serviana. §. 7. *Inst. de actionib.* 15 Pignus soluto debito restitui debet. 16 Extra. *stat.* vid. *l.* 3. *J. de pignerib.* adde *l.* 6. §. 2. *ff. de re judic.* vid. *l.* 7. *J. de disp. pign.* Goth. De modo procedendi ex pacto executivo, vid. Andr. Gall. *lib.* 2. *observ.* 45. *n.* 8. *& de Pace public. cap.* 2. *n.* 25. Heig. *part.* 2. *quæst.* 7. *n.* 41. Tessaur. *decis.* 26. *n.* 6. Anton. Fab. *ad Cod. l.* 4. *tit.* 42. *defin.* 17. Jacob. Cancer. *var. resolut. tom.* 2. *cap.* 3. *n.* 3. 4. 5. Adde Edmund. Merill. *l.* 1. *observ.* 6. Carol. Molin. *tit.* 1. *c.* 42. 17 *l.* 3. §. *h. t. l.* 2. *J. de pactis pignor.* 18 *l.* 10. *supr. h. t.* 19 §. 2. *Inst. quod cum eo.* 14. *D.* 3. & 2. Paul. *sent.* 8. & 8. Eclog. 2. vid. Oldendorp. *Classf.* 4. *act.* 5. 20 §. 2. *Inst. quod cum eo.* 14. *ff. l.* 2. Paul. *sentent.* 8. *Synopf. Basil.* 1. adde Harmenop. 2. *tit.* 11. *c.* ὀφειλετικῶν, adde Oldendorp. *Classf.* 4. *act.* 4. 21 Exercitor, navis dominus, qui ab eo præponitur navi, cuique navis custodia commititur, magister navis dicitur. *l.* 1. §. 1. *ff. h. t.* πηδαλιοῦχος Harmen. *d. loco.* Potest etiam dici maritimus institor. 22 Fortuitis casibus accidunt, quæ prævideri non possunt, ideoque nec pertinent ad creditorem, sed ad debitorem. *l.* 9. *J. h. t. d.* §. *ult. in fin.* *l.* 21. §. 2. *ff. de pignorib. l.* 23. *ff. de reg. jur.* adde *l.* 13. *J. mandati. l.* 5. §. 4. *ff. commod. l.* 39. *in fin. ff. depositi. l.* 41. *ff. locat. l.* 12. *in pr. ff. de cultod. & exhibit. l.* 2. §. 7. *ff. de admin. tut. l.* 135. *in fin. ff. de verb. sign.* 23 Latronum aggressura fortuitis casibus annumeratur. 24 Casus ipso jure nullo bonæ fidei judicio præstantur. 25 §. *ult. Inst. quib. mod. re.* 26 Cum nemine personalis actio et competit. *Sym. Basil.* 21. *tit.* 1. *c.* 42. 3. Harm. §. §. 28. 27 Pacto convenit potest, ut pignoris amissionem creditor præbet: & pignore amisso liberetur debitor, atque ita jure conventionis casus præstari potest fortuitus. adde *l.* 1. §. *commod. l.* 23. *ff. de reg. jur.* 28 In pignore dolum, culpam & custodiam creditor præstare cogitur. 3. Harm. §. 6. 22. §. 2. *Inst. quib. mod. re. d. l.* 23. *ff. de reg. jur.* 29 *l.* 3. *in fin.* §. *h. t.* 30 Obligatam, pignoratam. 31 Et effectus restitutionis. vid. *l.* 18. §. 4. *ff. de usur.* 32 *l.* 8. *in pr. ff. h. t. l.* 6. *J. de pign. & hypoth.* non tamen immoderatos *l.* 25. *ff. h. t.* 33 *l.* 4. §. 5. *ff. de adq. vel amitt. except.* 34 Facit *l.* 10. *J. de distract. pign.* 35 *l.* 34. *in fin. ff. h. t. l.* 6. *ff. de nav. fœnor.* §. 1. *Inst. quib. mod.* 1. 12. *in pr. ff. de distract. pign. l.* 17. §. 11. *ff. de edil. edict.* 36 Dixi ad *l.* 6. §. 1. *ff. l.* 6. *ff. de nauc. fœnor. l.* 29. *ff. qui & a quib. manumiss.* 37 Vide quæ de horreis scripsi ad *l.* 7. *ff. de instruct. vel instrum. leg. l.* 21. 6. 6. *ff. de furt.* 38 Id est, substantia. 39 Atqui si res pignoratæ in turiorem locum fuisset delata, non perisset: tenetur itaque creditor, *arg. l.* 28. *in fin. ff. de admin. & peric. tut. l.* 34. *in fin. ff. de damn. infect.* Solve, Qui facit quod fieri confuetum est, non peccat. Exemplum & confuetudo in non delictis excusat. 40 Pignoratitia durat in heredem. *l.* 19. *ff. de petit. hered.* Paul. 2. *sent.* 13. §. 6. 41 Vid. *l.* 3. *J. de luit. pignor.* 42 Nota horum trium ordinem, oblationis, confignationis, & depositionis. vide *l. ult. J. l. eit. ff. h. t.* adde *l.* 19. *J. de usur.* 1. 20. *J. de pignor. & hypoth.* l. 3. *J. de luit. pign.* l. 9. *J. de solution.* l. 6. §. 1. *ff. de pign. act.* l. 11. *in fin. ff. qui potior.* l. 28. *in fin. ff. de admin. & peric. tutor.* 43 Puta retentione. 44 Creditor vindicat pignus actione quasi Serviana. §. 7. *Inst. de actionib.* 45 Pignus soluto debito restitui debet. 46 Extra. *stat.* vid. *l.* 3. *J. de pignerib.* adde *l.* 6. §. 2. *ff. de re judic.* vid. *l.* 7. *J. de disp. pign.* Goth. De modo procedendi ex pacto executivo, vid. Andr. Gall. *lib.* 2. *observ.* 45. *n.* 8. *& de Pace public. cap.* 2. *n.* 25. Heig. *part.* 2. *quæst.* 7. *n.* 41. Tessaur. *decis.* 26. *n.* 6. Anton. Fab. *ad Cod. l.* 4. *tit.* 42. *defin.* 17. Jacob. Cancer. *var. resolut. tom.* 2. *cap.* 3. *n.* 3. 4. 5. Adde Edmund. Merill. *l.* 1. *observ.* 6. Carol. Molin. *tit.* 1. *c.* 42. 47 *l.* 3. §. *h. t. l.* 2. *J. de pactis pignor.* 48 *l.* 10. *supr. h. t.* 49 §. 2. *Inst. quod cum eo.* 14. *D.* 3. & 2. Paul. *sent.* 8. & 8. Eclog. 2. vid. Oldendorp. *Classf.* 4. *act.* 5. 50 §. 2. *Inst. quod cum eo.* 14. *ff. l.* 2. Paul. *sentent.* 8. *Synopf. Basil.* 1. adde Harmenop. 2. *tit.* 11. *c.* περὶ ναυτικῶν, adde Oldendorp. *Classf.* 4. *act.* 4. 51 Exercitor, navis dominus, qui ab eo præponitur navi, cuique navis custodia commititur, magister navis dicitur. *l.* 1. §. 1. *ff. h. t.* πηδαλιοῦχος Harmen. *d. loco.* Potest etiam dici maritimus institor. 52 Servus negotiationi præpositus a domino, ex mutuo dictum non obligat, id est, ut id permiserit dominus, id mutuum accipere: Si non apparet id permissum, *ex* pecunia, & in rem domini verto quæritur. *Synopf. Basil.* 18. *tit.* 1. *c.* 42. 53 Intuitor quod ex suo facit officio, dominum obligat: quod ultra, non obligat, nisi in rem & utilitatem domini verterit. §. 2. *Inst. quod cum eo.* 14 *d. l.* 3. *J. h. t.*